



Tractatus De// Beneficiis// Amplissimus,// Et Doctissimus

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

§. 1. Quis possit vnionem facere, & ex qua causa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)

cat, Clem. frequens, de excessib. p. alator. Ergo non fit institutio rectoris in ea, sed solum in ea, cui fit vnio.

54 Et opinio Pet. de Perusio d. num. 4. solum procedet, quando vnio est, & principaliter, iuxta dicta: quamvis Caccialupus, d. art. 8. §. 5. dicat, quod Abbatem confirmabit Episcopus maioris monasterij, etiam quando a pte principaliter fieret vnio, neque Innocentius loquitur de Ecclesia vnita absolute, & suppressa.

55 Et an t vnio sit accessorie, vel eque principaliter, colligendum est ex verbis ipsius unionis, vt si dicat, quod vnio vnus alteri, &c. vnio sit accessorie, maxime si dicat, &c. & incorporamus: si vero dicat, quod vnus talis, & tale beneficium, vnio sit eque principaliter.

56 Et alias t quomodo id cognoscatur, tradunt Ancharr. consil. 114. ad fin. Felin. in d. cap. in nostra, de re scriptis. consil. 33. & in cap. translata, numero 6. & 7. de constitut. Selua d. 3. part. 12. numero 20. gloss. verb. Ecclesias in d. Clem. per litteras, & ibi Cardin. Imola, Bonifacius, & Abb. Rebuff. d. titul. de vnio. numero 19. & 20. & in d. rep. §. qui vero, d. 3. nota. in fin. Hojeda d. c. 3. numero 5. Mascari. de probat. conc. 1418. Menoch. de presumptio. lib. 6. præsumpt. 80. num. 6. & Rota d. decis. 114. part. 2. diuersor. & post hæc Gonzal. supra a numero 120.

57 Aduertendum t est tamen, quod annexio præbende, scilicet canonicalis facta dignitati, personatui, seu officio eiusdem Ecclesie, etsi videatur facta accessorie, tamen non fit per viam incorporationis, & suppressionis, sed vt duo beneficia obtinentur, quamuis contrarium velit Nauar. consil. 14. n. 4. de rebus Ecclesie. Nam ad hunc effectum fit ista vnio, vt praxis, & experientia docet, vt obtineas dignitatem sit dignitas inter dignitates, & canonicus præbendatus inter canonicos, conseruato numero canonicorum, & præbendarum, & tanquam canonicus habet vocem in capitulo, &c.

8 Et ideo t est, quod collatio præbende penitentiarij spectat ad collationem illorum, ad quos antea spectabat, quamuis prouisio officij penitentiarij, cui illa est annexa, vt in decreto S. Concilij sess. 24. de reform. c. 8. ad solum Episcopum spectet, vt dictum est, sup. §. par. c. 4. a n. 137.

59 Et ideo t etiam est, quod non possunt due præbende simul teneri in eadem ecclesia, etiam si vna sit annexa dignitati, seu officio, vt dictum est præcedens. par. a n. 192.

§. I.

Quis possit unionem facere, & ex qua causa.

S V M M A R I A.

Solus Papa potest vnire Episcopatus, n. 60. qui etiam potest vnire omnia alia beneficia, n. 61.

Episcopus etiam ex legitimis causis potest vnire beneficia sue diocesis non exempta, numer. 62. non tamen poterit vnire omnia beneficia sue diocesis, numero 63. vbi adducitur declaratio S. Congregationis possum plures Ecclesias, seu beneficia vni vniri, numero 64.

Legatus a Latere, qui est maior Episcopo, & omnia potest

in sua provincia, quæ Episcopus in sua diocesi, potest ex causa rationabili, & legitima vnire beneficia sua provincia, quæ conferre potest nu. 65. quamvis legatus non aliter, ex quo non potest conferre beneficia, non possit etiam illa vnire, nam qui non potest conferre, non potest vnire, n. 66.

In hac potestate vniendi succedit capitulum Sede vacante n. 67. non tamen poterit sibi vnire, sicut Sede plena non potest consentire unioni faciendæ ipsi capitulo directæ, & principaliter, & c. n. 68.

Vicarius generalis Episcopi vnire non potest sine speciali mandato, etiam si sibi sit data facultas conferendi cum clausula generali, & ad omnia alia, & c. quæ non extenditur ad maiora, num. 69. quamvis contra teneant Mohed. & Hieron. Gabr. & Gambarus relati nu. 70.

Inferior Episcopo, etiam si habeat facultatem conferendi, non potest uniones facere, nisi hoc ei competat ex privilegio, vel præscriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo, aut nisi haberet iurisdictionem Episcopalem, n. 71. & 72. possunt etiam inferiores Episcopi facere uniones, stante consuetudine proprie sumpta præscripta, licet non immemoriali, num. 73. & prædictis facit declaratio S. Congreg. adducta, n. 74. nec obstant alie declarationes adductæ, n. 75. quibus respondetur n. 76.

Potest Episcopus facere uniones etiam monasterijs, & locis religiosorum, n. 77. etiam si religiosi, & monasteria sint exempta, n. 78. ac fabrica Ecclesie etiam Cathedralis, n. 79. nec obstat declaratio adducta nu. 80. cui respondetur n. 81. & comprobatur ex alia declaratione adducta n. 81.

Potest Episcopus facere unionem cum opere legendi, num. 82. non tamen potest facere uniones ad tempus, seu ad vitam, sed solus Papa n. 83. & sic cap. 15. sess. 24. de reformat. non habet locum in suppressionibus ad tempus, sed perpetuis ex S. Congregationis, numer. 84.

Hæc facultas vniendi restringitur a Concilio in aliquibus casibus, primo, in terminis, cap. 9. sess. 14. de rector. vt beneficia vnus diocesis non vniantur beneficiis, seu locis alterius, n. 85. secundo in terminis c. 13. sess. 24. vt beneficia curata non vniantur monasterijs, dignitatibus, præbendis, seu aliis beneficiis simplicibus, & c. n. 86. quo decreto non solum vnio parochialis est prohibita, sed etiam parus fructuum, ex S. Congregatione, sicut in terminis c. 16. sess. 25. de reformat. beneficia curata in simplex conuerti non possunt, etiam pro parte fructuum, vt in declarationibus positus nu. 87. & notatur error Gonzalez n. 88. Tertio restringitur in terminis, c. 18. sess. 23. & c. 15. sess. 24. de reformat. ad beneficia simplicia, & sic d. c. 15. non comprehendit dignitates, ex S. Congregatione num. 89. Quarto in terminis c. 9. sess. 25. vt beneficia libera non possint vniiri beneficiis, vel hospitalibus iuris patronatus, num. 90.

An Episcopus possit vnire beneficia reservata, seu deuoluta a n. 91. resoluitur quod sic, nam reservatio non impedit fieri unionem per ordinarium, sed suspenditur eius effectus pro tempore prouisi de illo a Papa, præterquam si reservatio esset perpetua, vt in prima dignitate, quicquid aliqui dicant.

Similiter reservatio superueniens impedit effectum unionis, & illum suspendit, donec reservatio cesset, ex quo fit motu proprio, quamuis aliud sit in prouisione Papæ subsequente ad instantiam partis, non facta mentione seu suspensione unionis, numero 94. quamuis contra teneat Felinus dicens unionis effectum non

suspendi per reservationem superuenientem &c. nu. 95. & quamvis Rebuffus dicat reservationem generaliter non impedire unionem; quia beneficium per unionem dicitur suppressum, ob id non dicitur amplius vacare, numero 96. unio enim de beneficio non vacante impedit eius vacationem pro prima vice, imo ut unio intret, & habeat effectum, requiritur vacatio illius, numero 97. unio enim ista non fit, ut ex nunc, sed in futurum, cum vacauerit, nu. 98. & seq. ubi adducitur declaratio S. Congregat.

In terminis Concilij, scilicet 21. c. 5. & scilicet 23. c. 18. & scilicet 24. c. 13. de refor. reservatio non impedit, nec suspendit effectum unionis, ex illis decretis, n. 100. & seq. ubi adducitur resolutio Rotæ.

Id solum habet locum in unionibus factis ante vacationem, alias non valent uniones de beneficiis reservatis factæ virtute illorum decretorum, c. 18. & 19. ex S. Congregatione, ut in declarationibus positis, numero 102. Consonat Concilium Bononiense adductum numero 103. nec obstant aliæ declarationes adductæ num. 104. quia intelligitur, ut possit Episcopus unire beneficia reservata, etiam post vacationem quando vacantia in suo mense, & ad eius collationem spectantia ipse prius univit, alias secus, ut in prioribus declarationibus, & idem quando uniret ante ipsorum vacationem, si tempore unionis erant affecta, eadem enim ratio fraudis tunc militat, n. 105. & seq. ob quam fraudem fuit, etiam alias de cretum, quod si Episcopus beneficia vacantia seminario non applicante detrahat tantum taxæ seminary, quantum illa redderent, & de sua mensa assignet, &c. ut in declaratione S. Congregationis posita, n. 107.

Causæ, ex quibus ab ordinariis debet fieri unio, ad duas reducuntur, scilicet ad evidentem necessitatem, vel utilitatem, n. 108. & plures adducuntur causæ, à cuius n. 109.

Unio magis concernit iustitiam quam gratiam, & cum causæ præsertim necessitatis, tenetur Episcopus eam facere, & si recusaret, posset adiri superior, n. 110. & similiter si capitulum nollet consentire, recurrendum est ad superiorem, & posset compelli, si iusta causa subesset, numero 111. in terminis autem Concilij di. cap. 15. scilicet 24. potest Episcopus, sed non tenetur, nec Metropolitanus potest supplere, ex S. Congregatione, num. 112.

Unio facta per ordinarium sine causâ, vel ex causâ falsa, etiam servata iuris forma, est nulla ipso iure, nu. 113. quicquid in facto ex falsa causâ dicant citati, n. 114.

Et iam unio Apostolica facta ex causâ falsa est nulla, n. 115. etiam si facta sit Motu proprio, n. 116. & etiam surreptio vitiat ipso iure unionem Apostolicam, n. 117. & seq. ubi adducuntur resolutiones Rotæ.

Non presumuntur causæ unionis veræ, etiam si ordinarius, vel legatus eas inserat in unione, & asserat esse veras, sed iuvans se unione, tenetur illas probare, num. 120.

Si ordinarius, vel legatus in ipsa unione enunciet adhibuisse causam cognitionem, & solemnitates requisitas, & reperisse causas esse veras, videtur standum eius assertioni, & presumendum esse pro unione, donec contrarium probetur, etiam si processerit parte non vocata, quia forte nullus tunc aderat, qui deberet vocari, num. 121. quamvis contradicat præficta Rotæ, num. 122.

Ratio est, quod licet alias regulariter non presumatur solemnitas extrinseca, etiam enunciata in instru-

mento quæ tempore actus verisimiliter interuenire non potuit parte opponente, tamen pro decreto, vel actu iudicis in quo enunciatur solemnitates, præsumitur, quod omnia sint solemniter acta, nisi contra probetur, à n. 123.

Id intelligitur quando causæ, & solemnitates requisitæ nominatim, & in specie exprimuntur, scilicet in genere, num. 126. Sed quod præsumatur etiam pro decreto, si in genere exprimantur solemnitates, dicendo in communi causam cognita, vel iuris solemnitate servata, tenent alij num. 127. & absolute Surdus relatus numer 128.

Omissa concordia Alciari, quod prima procedat in decreto requirenti diligentem, & magnam causæ cognitionem, secunda in requirenti leuem, quæ est probabilis, concordantur, ut prima procedat quando solemnitates enuntiantur à tabellione, seu notario, in instrumento decreti, secunda quando enuntiatio solemnitate in genere sit ab ipso iudice, n. 129. & 130. & declaratur quod aut Menoch. relatus n. 131.

Tenetur dicta doctrina, quamvis contra eam, quod non fiat assertio, etiam iudicis, qui non potest facere actum sine cognitione causæ, & solemnitate, si dicat eam adhibuisse etiam in specie, sed debere aliter de eo apparere ex separata scriptura, teneant Rom. & alij, n. 132. & reguli. si forte, si de castrensi si pec. non procedat in iudice, pro quo iura præsumunt plane enuntiatione solemnitate, n. 133.

An si iudex delegatus, seu executor, cui iuxta regulam Cancellaria committitur, ut si vocatis vocandis reperire causas esse veras, unionem faciat, &c. referendo adhibuisse causam cognitionem, & causas reperisse veras, procedat ad unionem, præsumatur pro illo, & ei fides in iudicio contradictorio adhibetur, pro veritate causarum, à n. 134. resoluitur negativè non obstante supradicta doctrina, quæ non procedit in executore, & iudice delegato, pro cuius decreto non ita præsumitur.

Obicitur, quod delegatus, cui Papa committit, ut se diligenter informet de utilitate causæ, & si repererit in evidentem utilitatem Ecclesiæ cedere alienationem, confirmet, seu licentiam alienandi concedat, atis est, si adhibeat cognitionem extrajudicialem absque citatione, & pro eo & eius sententia præsumitur absque processu, &c. nu. 136. & seq. ubi adducitur resolutio Rotæ.

Respondetur hoc procedere, quando Papa simpliciter committit alicui, ut se informet, &c. tunc enim circa informationem statuit eius assertio, & pro eius decreto præsumitur absque processu, n. 138.

Quod non solum videtur procedere, ubi non est clausula vocatis vocandis, & nullus est contradictor, sed etiam ubi est clausula, nullus tamen sit contradictor, nec qui debeat vocari, ex quo etiam tunc proceditur extrajudicialiter, n. 139. at supradicta resolutio procedit, ubi committitur cum clausula vocatis vocandis, quæ facit executorem mixtum, & est interesset habens, qui debet vocari, seu alias est contradictor, tunc enim debet fieri processus, &c. n. 140.

Si apparet de processu, seu actus super unione, & receptione restituta, sine parte vocata, sine nō, quia non erat, qui deberet reuocari, stabitur illis, donec contra probetur, si postea res deducitur in litigium, nu. 141. Facit quod ubi in alienatione rerum Ecclesiæ servata fuit forma, & iuris solemnitas, in dubio præsumitur facta ex causâ iusta, numero 142. quamvis quando fuit processum parte non vocata, etiam si sit in possessione, qui obtinuit unionem, contra teneant Regidius, & præficta

practicabilia Rotæ n. 143.

Intra prædicta accipitur dictum Card. quod sufficit, quod de vnione coheret: debet enim præsumi omnia fuisse solemniter acta, & c. n. 144.

non potest vnire, Caccialupus art. 3. num. 12. & 14. pet. Greg. & practabilia Rotæ n. 9. ubi sup. & alij conducent dicta in simili de pensione sup. d. 1. part. capit. 5. numero. 186. licet contra teneat Villadieg. supra num. 87.

Et in hac potestate vniendi succedit capitulum 67 sede vacante, Caccialup. art. 3. quasi. 6. num. 19. pet. de perus. cap. 4. numero 29. Rebus. d. tit. de vnio. num. 36. & tit. de deuolutio. nu. 100. p. Gregor. sup. num. 8. Zecrol. in praxi Episcopali, 1. par. verb. vnio. §. 11. & 2. par. verb. capitulum §. 4. & verb. vnio. §. 7. & Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiepiscopali curia Neapolitana cap. 85. num. 25. Azor d. lib. 6. cap. 28. g. 9. quicquid dicant pauinus de offic. & potestat. capit. Sede vacante 3. quæst. 2. par. a. num. 17. Hoieda d. num. 7. & Cuchus d. lib. 2. tit. 9. num. 87. & Azor sibi contrarius d. 2. p. lib. 3. c. 38. g. 9. Non tamen poterit capitulum Sede vacante sibi vnire, vt censuit S. Congregatio Concilij super cap. 15. sess. 24. de refor. his verbis, Capitulum Sede vacante non potest supprimere quodcumque beneficium & sibi vnire. Sicut Sede plena non potest consentire vnioni faciendæ ipsi capitulo directe, & principaliter, & ideo requiritur authoritas papæ, d. clem. si vna. §. fin. de inf. a. n. 168.

Vicarius autem etiam generalis t. Episcopali vnire 69 non potest sine speciali mandato, etiam si sibi sit data facultas conferendi cum clausula generali, & ad omnia alia, etiam requirentia speciale mandatū, quæ non extenditur ad maiora expressis, cap. qui ad agendum, de procurat. in 6. clem. 2. eodem tit. ita Caccialupus art. 3. g. 8. num. 23. Pet. de Perus. c. 4. numero 32. Paris. cons. 40. lib. 4. Rebus. in praxi in forma vicariatus numero 102. & dist. tit. de vnio. numero 37. Mandos. d. tit. de vnio. versic. vicarius tamen, Hoieda d. numero 7. Cuchus d. lib. 2. tit. 8. num. 106. Sbrocius de vicario Episcopi lib. 2. g. 115. Azor d. lib. 3. cap. 44. g. 11. & lib. 6. cap. 28. g. 10.

Quamuis Mohedanus t. decis. 3. de offic. vicarij, & 70 Hieronym. Gabr. consil. 200. nu. 3. lib. 1. teneant contrarium, nempe Vicarium posse vnire, & quamuis Gambarus sup. ex num. 115. teneat vicarium habentem mandatū ad conferendum beneficia, posse vnire. Inferior etiam t. Episcopo, etiam si habeat facultatem conferendi, non potest vniones facere, 71 nisi hoc ei competat ex priuilegio, vel præscriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo d. c. sicut vnire. & d. Clem. 1. §. adhuc, & ibi glof. verb. ordinarios, Abb. in d. cap. sicut vnire. num. 3. & ibi Alexan. de Neuo in additio. Felin. in cap. audiuit, num. 9. de præscrip. Caccialupus art. 3. quæst. 7. & 9. & Pet. de Perusio cap. 4. man. 29. & 30. & idem de permutat. beneficior. 2. par. qu. 8. num. quadragesimo secundo, Gambar. in capit. unic. de rerum permutat. in 6. numero 113. Gimon. in enchiridio benef. tit. 5. cap. 2. num. 16. & 17. & 30. Nicol. Delphinus de inreparat. lib. 2. g. 12. num. 153. (qui aiunt posse præscribi ius vniendi, & authorizandi permutationem) & Rebus. tit. de vnio. numero 32. & 33. & in forma Vicariatus numero 102. & in rep. d. §. qui vero. 4. præmissis, & 3. notab. verb. de inre autem, Paris. sup. Hoieda d. nu. 7. pet. Gregor. nu. 7 sup. Fuscus d. cap. 26. num. 7. Lancelot. d. §. non tamen, in text. & in glof. verb. inferiores, Sbrocius n. 12. & practabilia Rotæ num. 10. ubi sup. Azor dist. cap. 28. quæst. 11.

Aut t. nisi haberent iurisdictionem Episcopalem, quia posset vnire. Cardin. consil. 47. Abb. & Alexan. de Neuo sup. Caccialupus d. g. 7. Gambarus d. lib. 5. rubrica 1. num. 16. pet. Gregor. sup. Lancelot. d. verb.

60 AD Quartum t. dicendum est, solum Papæ posse vnire Episcopatus, capitulo, sicut vnire, de excessibus prælatorum, Rebus. d. tit. de vnio. n. 22. 23. & 25. Duaren. d. lib. 5. c. 6. Pet. Greg. c. 20. n. 6. Hoieda d. c. 3. nu. 7. Lancel. d. tit. de vnio. §. non tamen, & Cenedo plures referens collect. 87. ad Decretales, num. 1. qui t. etiam potest vnire omnia talia beneficia, cū in eis habet plenam potestatem, cap. 2. de præbend. in 6. & Clem. 1. de lite pendente, Caccialupus art. 3. nu. 1. & art. 4. num. 1. ad 2. P. de Perusio cap. 4. nu. 2. Rebus. d. num. 23. & Hoieda ibi. & Azor 2. part. lib. 6. cap. 28. quæst. 6.

62 Episcopus etiam t. ex legitimis causis potest vnire beneficia suæ diocesis non exempta d. cap. sicut vnire, ubi sic dicitur, Sicut vnire Episcopus, atque potest subicere alienæ, ad S. Pontificem pertinere dignoscitur, ita ad Episcopum Ecclesiarum suæ diocesis vnio, & subiectio eorundem, cap. exposuisti de præben. ubi Panor. & alij c. consultationibus, c. pastoralis. de donat. clem. si vna, de rebus Ecclesie, & clem. 1. §. ad hac, de statu monachor. Rota decis. 1. & 2. de offic. legati in nouis, Caccialupus art. 2. quæst. 5. num. 18. Pet. de Perusio, cap. 4. ex num. 21. Rebus. d. tit. de vnio. num. 22. & in rep. d. §. qui vero. 4. præmissis, & notab. 3. versic. de iure autem, Gambar. d. lib. 5. rubr. 1. num. 35. Mandos. d. tit. de vnio. Duar. & P. Gregor. sup. Hoieda d. nu. 7. Lancel. d. §. non tamen, Fuscus de visitatione lib. 2. cap. 2. numero 19. Nauar. consil. 9. numero primo de offic. ord. a. ary, & 20. de præbend. & 15. numero primo de rebus Ecclesie, practabilia Rotæ d. cap. de vnione, a numero decimo, Rota decis. 133. num. 5. par. 2. diuersorum, & Azor dist. quæst. 6.

63 Non tamen t. poterit Episcopus vnire omnia beneficia suæ diocesis, Oldrad. consil. 262. numer. 2. & S. Congregatio Concilij super c. 18. sess. 23. de refor. sic censuit, Concilium non decernit, vt omnia beneficia simplicia vniantur Seminario, sed aliquot, ideo vnio facta omnium beneficiorum non valet, vt alias decernit Congregatio.

64 Quamuis t. possint plures Ecclesie, seu beneficia vni vniri, Caccialupus art. 4. quæst. 12.

65 Similiter t. etiam legatus à latere, qui est maior Episcopo, & omnia potest in sua prouincia quæ Episcopus in sua diocesi, vt sup. dictum est i. p. cap. 5. num. 183. potest ex causa rationabili, & legitima vnire beneficia suæ prouinciæ, quæ conferre potest, Rota decis. 459. in antiq. alias 3. de offic. legati. & decis. 3. & 2. eodem tit. in nouis, Agidius decis. 512. Abb. in c. fin. de confirmatio. vili & ibi Dec. a. nu. 19. idem Abb. in cap. sicut vnire, num. 5. & 6. Rebus. in praxi, d. tit. de vnio. num. 24. & in regul. de vnio. glof. 11. num. 13. & in rep. d. §. qui vero, d. notab. 3. versic. de iure autem, Gambarus sup. a. num. 41. pet. Gregor. sup. Hoieda d. num. 7. Cuchus in institutio. maiorib. lib. 2. tit. 5. a. num. 87. practabilia Rotæ sup. numero 12. p. de perus. c. 4. numero 3. & Caccialup. art. 3. g. ex num. 2. qui tamen videtur remanere dubius, Villad. de legato. g. 9. a. nu. 52. & Azor 2. part. lib. 5. c. 29. quæst. 14. & seq. & lib. 6. cap. 28. quæst. 8.

66 Quamuis t. legatus non à latere, ex quo non potest conferre beneficia c. 1. de off. legat. in 6. non possit etiam illa vnire, nam qui non potest conferre,

inferiores, practabilia Rotæ sup. numero 11. Flores 9. 24. num. 15. Manuel Rodriguez quæst. reg. tom. 3. q. 80. art. 1.

73 Possent etiam inferiores Episcopo facere unionem stante consuetudine proprie sumpta præscripta, licet non immemoriali, ex Bellamera de permitt. benefic. 1. p. 9. 2. n. 9.

74 Et pro prædictis facit declaratio S. Congregationis sup. cap. 5. sess. 21. de reform. quæ sic ait: Censuit Congregatio dignitati curate posse uniri aliam dignitatem ex causa paupertatis iuxta hoc decretum, & scilicet 24. c. 13. eamque unionem facere posse Abbatem, si sibi hanc facultatem uniendo legitime præscripti, aut ex privilegio in Ecclesia sibi pleno iure subiecta iurisdictionem quasi Episcopalem habet in omnibus, & per omnia, alioquin unionem faciendam esse per Episcopum cum consensu ipsius Abbatis & capituli.

75 Neque obstant sequentes declarationes sup. cap. 15. sess. 24. de reform. ex quibus videtur inferiorem etiam habentem iurisdictionem quasi Episcopalem non posse facere uniones. Prima, an Abbat exempto collegiate secularis habenti iurisdictionem ordinariam & quasi Episcopalem, licet in sua Ecclesia, ubi præbendæ simul cum distributionibus quotidianis adeo tenues sunt, ut pro sustinendo decenti canonicorum gradu, loci, & personarum qualitate, non sufficiant, cum consensu capituli aliquibus ex iis suppressis, & earum fructibus, & proveniunt reliquarum præbendarum distributionibus applicatis eas ad pauciores numerum reducere. Congregatio censuit non licere id Abbati, sed Episcopo, tamen cum consensu capituli, si modo ipsa collegiate Ecclesia insignis sit, & alias serventur, quæ præscripta sunt a Concilio in hoc cap. Secunda, quæsum fuit, an hoc idem liceret Abbatibus, & secularibus exemptis habentibus iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem? Respon. Abbati qui iurisdictionem quasi Episcopalem habet, etiam si esset exemptus, & ordinarius illius Ecclesiæ, & si in dicta Ecclesia omnia, quæ in hoc decreto continentur, concurrant, non licet, sed tantum Episcopo prout hic. Tertia, prælati collegiate Ecclesiæ hanc remissionem præbendarum suppressionem facere non possunt, licet sit exemptus, & Ecclesia sit insignis, cum hanc solis Episcopis Concilium concesserit cum consensu suorum capitulorum.

76 Quia istæ declarationes solum id negant in specie illius decreti, quod solis Episcopis id concedit cum consensu capituli, quod Censuit congregatio intelligendum esse tantum de consensu illius capituli, cui sit unio.

77 Et potest Episcopus facere uniones etiam monasteriis, & locis religiosorum, ut in d. cap. consultationibus, & d. c. pastoralis & d. Clem. si una, Rota decis. 2. de offic. ordinarij in antiq. Felin. in c. in nostra nu. 42.

78 de rescrip. etiam si religiosi, & monasteria sint exempta, Cald. cons. 5. de rebus Ecclesiæ, Card. in d. Clem. si una, n. 11. Caccialup. art. 4. 4. 9. & practabilia Rotæ sup. n. 1. quamvis contra teneat P. de Perus. c. 4. n. 10. ac si fabricæ Ecclesiæ etiam cathedralis, Imol. in d. Clem. si una nu. 14. & in c. cum accessissent, n. 4. de consuet. & ibidem Felin. num. 22. Rota d. decis. 133. n. 6. p. 2. divers.

80 Neque obstat sequens declaratio sup. d. c. 15. sess. 24. data Episcopo Tudertino, Episcopus, seu ordinarius non potest simplicia beneficia unire distributionibus capellanorum Ecclesiæ cathedralis pro divini cultus augmento, & similiter non potest eas uniones facere fabricæ, seu sacristiæ ob eius paupertatem ad ornatum, & alia Ecclesiæ necessaria: etiam attento quod sufferat omnia

onera dictæ Ecclesiæ, & parum possideat, quia intelligenda est non posse Episcopum per illud decretum, d. c. 15. & ex vi eius facere istas uniones, cum loquatur solum de præbendis. Non tamen negat id posse facere alias ex iure communi, &c.

Quæ intelligentia comprobatur ex alia declaratione super d. c. 15. quæ videtur eadem cum illa, & sic ait: Per hoc decretum non licet Episcopo unire beneficia capellanis, etiam Cathedralis, quæ habeant redditus retnues, cum loquatur solum de præbendis, item neque sacristiæ, neque fabricæ.

Potestque Episcopus facere unionem cum onere legendi, Capitaqu. decis. 348. part. 3. & Zerola 2. part. verb. unio. §. 2.

Non tamen potest facere uniones ad tempus, seu ad vitam, sed solus Papa, Staph. de iuris gratia, ut de modis provisionis, nu. 19. Gambardus d. lib. 5. c. 1. an. 17. & 127. dicens, quod hæc unio, neque Episcopo, vel legato conceditur, nisi habeant specialem facultatem, &c. Mandos. in reg. 12. q. 6. n. 5. & reg. 19. q. 10. numero 5. & q. 16. numero 4. & reg. 22. q. 11. numero 2. & in praxi signature titul. de unio. versic. unio altera, Moheda. decis. 1. de officio vicarij, alias 94. & decis. 3. de locato, alias 95. Zerola 1. part. verb. unio §. 7. & Concilium Provinciale Bononiense, tit. de unio. §. 9. quæ obstant unionibus beneficiorum, ubi in fine sic ait: Quocumque autem casu beneficia quæcumque ad vitam unire omnino est interdictum, & novissime Agor d. lib. 6. cap. 28. q. 17.

Vnde S. Congregatio censuit, quod decretum Concilij cap. 15. sess. 24. de reform. non habet locum in suppressionibus ad tempus, sed perpetuis, non tamen uniones ad vitam fieri prohibentur per Concilium, sess. 7. cap. 4. ut perperam ait González gloss. 5. §. 7. num. 146. sed ibi solum decernitur, quod inducant incompatibilitatem, ut supra 1. p. cap. 5. num. 219.

Hæc autem facultas uniendo restringitur à S. Concilio Tridentino in aliquibus casibus, videlicet in terminis c. 9. sess. 14. de reform. ut beneficia unius diocesis non uniantur beneficiis seu locis alterius, notant Fuscus d. lib. 2. c. 26. n. 24. Hojeda d. cap. 3. nu. 6. Zerola 1. part. verb. unio. §. 8. Agor d. q. 17. quamvis antea possent uniri, ut per Caccialupum c. 4. q. 13. & articulo 6. nu. 8.

Secundo in terminis cap. 13. sess. 24. de reform. ut beneficia curata non uniantur monasteriis, dignitatibus, præbendis, seu aliis beneficiis simplicibus, &c. Hojeda ibi, & Zerola ibi, & §. 2. Agor dict. questione 17.

Quo decreto censuit S. Congregatio, Non solum unio parochialis est prohibita, sed etiam aliqua pars fructuum earum uniri non potest, sicut in terminis cap. 16. sess. 25. de reform. beneficia curata in simplex converti non possunt, etiam per parte fructuum, &c. ut in sequentibus declarationibus super d. c. 16. Prima, Parochiales Ecclesiæ in simplex beneficium converti non possunt, quod intelligendum est etiam in aliqua parte fructuum ipsius parochialis. Secunda, Nec ordinarius dismembrare potest beneficia curata, ac unire beneficiis simplicibus. Tertia, Ibi: Non convertantur, etiam pro parte, videlicet ex parte etiam minori fructuum parochialis constitutere beneficium simplex. Quarta, Non poterit ordinarius separare ab Ecclesiis parochialibus beneficia simplicia, siue oratoria, si illis unia essent, etiam si illis separatis parochiales non egeant.

Ait autem post hæc González gloss. 6. num. 96. quod decretum Concilij d. c. 13. ubi disponitur, quod

Eccle.

Ecclesie parochiales non vniuntur, locum habet, quando vere sit Ecclesia parochialis, & habet certos fines, alias non, vt censuit S. Congregatio Concilij per hæc verba: *Parochia, quæ certos fines non habens, sed certum tantum populum, & per certas familias distinctum, vique adeo vt sacramenta promiscue non administrantur, hoc Concilij decreto vniquam non comprehenduntur, in quo certe fallitur González: nam ista declaratio non refertur ad dictum decretum in versu. in vniombus, sed in versu. in iis quoque, sicut alia declaratio, quæ ait: Congregatio Concilij censuit sufficere ad hoc, vt non sit locus cap. 13. scilicet. 24. de reform. curam esse distinctam.*

39 Tercio restringitur † in terminis cap. 18. scilicet. 23. & cap. 15. scilicet. 24. de reform. ad beneficia simplicia. Vnde in vna Elæen. Congregatio censuit dictum decretum cap. 15. non comprehendere dignitates.

90 Quarto in † terminis cap. 9. scilicet. 25. de reform. versu. insuper, vt beneficia libera non possint vniri beneficiis, vel Hospitalibus iuris patronatus.

91 Sed an Episcopus possit † vnire beneficia reservata, seu deuoluta, dic quod sic: nam reservatio non impedit fieri vnionem per ordinarium, sed suspenditur eius effectus pro tempore prouisi de illo à Papa, Rota decis. 4. & 6. de rebus Ecclesie, in antiq. Cardin. in d. clem. si vna in princ. quest. 6. Francus in c. si sibi absent, num. 11. de preben. in 6. Felin. in cap. in nostra de restrip. consil. 27. Staphil. de literis gratia, 2. forma mandati, num. 7. Selua 3 par. quest. 11. numer. 26. 14. qualitate, Eneas de Falco. de reservatio, quest. 4. principali effectu 23. Mandos. reg. 12. quæst. 5. nu. 3. Granutius ad Simonetam de reservatio, q. 43. Zerola d. verb. vnio. §. 7. 1. dub. sic intelligendus 2. dub. seq. & 2. part. eodem verb. §. 8. 10. & 16. practicabilia Rotæ, d. c. de vnione n. 12 & Hojeda d. cap. 3. numero 7. & 22. qui id recte intelligit n. 7.

92 Præter † quam si reservatio beneficii esset perpetua, vt in 1. dignitate post Pontificalem, quæ semper reservata est, seu affecta per regulam Cancellariæ, & ideo non potest vniri per Episcopum.

93 Et ita absolute † tenendum est, quamuis Abb. in d. c. sicut vnire, ad fin. & ibi Alexand. de Neuo in additio. Caccialupus artic. 4. q. 6. & P. de Persio c. 4. nu. 16. & 24. & Agor d. lib. 5. c. 29. q. 17. & lib. 6. cap. 28. q. 16. dicant, quando Papa suæ dispositioni, seu ordinationi reservat, seu reservauit sibi ordinationem & dispositionem, non posse vniri: & quamuis Nauar. consil. 12. de rebus Ecclesie videatur velle non suspendi effectum vnionis per deuolutionem, vel reservationem: & ita posthæc & tenet González supra d. glo. §. num. 136.

94 Et similiter etiam reservatio † superueniens impedit effectum vnionis, & illum suspendit, donec reservatio cesset, ex quo fit motu proprio. (Quamuis aliud sit in prouisione Papæ subsequente ad instantiam partis, non facta mentione, seu suspensione vnionis, Rota decis. 13. de rerum permutat. in antiq. Bellamera de permutat. benef. 3 par. q. 9. n. 11. practica. bilia Rotæ sup. n. 15. 2. versu. vnio per prouisionem, Zerola t. par. verb. vnio. §. 7. 1. dub. & dicitur sup. 11. par. c. 4. n. 28.) Rota d. decis. 4. & 6. Caccialup. artic. 9. q. 5. Eneas d. q. 4. effectu 42. practicabilia Rotæ nu. 12. versu. vnio facta ab ordinario de beneficio.

95 Quoduis contrarium in hoc teneat Feli. d. conf. 27. dicens vnionis effectus non suspendi per reservationem superuenientem, etiam motu proprio, non facta mentione de vnione, quem sequitur Selua vbi supra.

Et quamuis † Rebuff. d. tit. de vnio. n. 31. absolute, & 96 indistincte dicat, generalem reservationem non impedire vnionem, quia beneficium per vnionem dicitur suppressum, ob id non dicitur amplius vacare, cum accessissent. de constitutio. & sequitur Menoc. consil. 294. n. 4. 10. & 17. lib. 3.

Sed falsum est, vnionem † factam de beneficio non vacante impedire eius vacationem pro prima vice, imo vt vnio intret, & habeat effectum, requiritur vacatio illius, Mandos. reg. 12. q. 5. n. 2.

Vnio † enim beneficii ante vacationem facta non fit, vt ex nunc, sed in futurum, cum vacauerit, gl. in d. Clem. 1. vna verbo vocatus, & ibi Doctores.

Et est † declaratio S. Congregationis sup. cap. 18. §. 23. ibi: Ante vacationem, & c. vt vnio facta sit, non prout ex nunc, sed in futurum, vt per decessum obtinentis censeatur beneficium incorporatum, & unitum Seminario.

In terminis autem † Concilij scilicet. 21. cap. 5. & scilicet. 23. c. 18. & scilicet. 24. c. 15. de reform. reservatio non impedit, nec suspendit effectum vnionis ex illis decretis, quod non aduertit Menoch. d. consil. 294. vbi agit de vnione facta Seminario de beneficio, quod prætendebatur reservatum, & c.

Et sic Rota in vna † Tudertina beneficii 25. Maij 1594. coram D. Seraphino resoluit, vnionem factam de beneficiis reservatis Ecclesie parochiali pauperi valere, neque esse necessariam mentionem de reservatione, nec per eam suspendi, ex dict. cap. 5. scilicet. 21. de reform. & in terminis d. c. 18. est decisio Casaris de Grassis 132.

Si tamen Congregatio † Concilij declarauit, id solum habere locum in vnionibus factis ante vacationem beneficiorum, & alias non valere vniones de beneficiis reservatis factas virtute illorum decretorum, cap. 18. & 15 vt apparet ex declarationibus seq. Prima super d. cap. 18. Gienens. Congregatio concilij censuit, vniones beneficiorum reservatorum validas esse, modo facta fuerint ante ipsorum vacationem, seruata forma à Concilio Tridentino præscripta anno 1589. Secunda sup. d. cap. 15. Idem seruandum est hic, quod S. memoria Pius V. & sanctiss. D. N. Gregor. XIII. decreuerunt in vnionibus factis, seu faciendis seminariis, quod vniones de beneficiis reservatis validæ sint, si modo fuerint factæ ante ipsorum vacationem: quod si post vacationem facta reperiantur, nullæ sunt, & prouisi à Sede Apostolica mitti debent in possessionem dictorum beneficiorum.

Consonat † d. Concilium Bononiens. tit. de Seminario §. quæ beneficia Seminario vniri nequeunt, vbi sic dicitur, Sicut nec beneficia reservata, quando post eorum vacationem vnio fieret: nam si ante vacationem vnita fuissent, vnio obtineretur.

Neque obstat alia † declaratio Episcopo Aquilano 20. Aprilis 1572. quæ sic ait: Beneficia simplicia, quæ per mortem vacant, possunt vniri per Episcopum Seminario, licet essent reservata, vel affecta, nisi tamen alia beneficia, quæ iam vacassent in mense suo, scilicet Episcopi prædicti, & quorum collatio ad ipsum spectabat, non Seminario vnisset, sed aliis contulisset, vel tandem vnionem factam non continuo enuntiasset, refert Zerola t. par. verb. Seminarium §. 5. Et alia quæ sic ait: Si Episcopus beneficia in suis mensibus vacantia non vnuerit, videlicet & vacantia in mensibus reservatis vnire non potest, cum fraus in hoc censeatur.

Quia † istæ duæ vltimæ declarationes intelliguntur, vt possit Episcopus vnire beneficia reservata, etiam post vacationem, quando vacantia in suo men-

CAROLUS
de
Benef.

fe, & ad eius collationem spectantia, ipse prius uni-
uit: tunc enim cessat omnino fraus, & ratio priorum
declarationum, quæ procedunt, quando Episcopus
prius non uniuerit beneficia vacantia ad suam colla-
tionem spectantia, tunc enim ad evitandam fraudem
negatur illi facultas uniendi beneficia reseruata post
ipsorum vacationem.

106 Et idem erit quando t. vniret ante ipsorum vaca-
tionem, si tempore vnionis erant affecta, vt quia
erant subcollectorum familiarum, militum, vel of-
ficialium curiæ, &c. eadem enim ratio fraudis tunc
107 militat. Ob quam t. fraudem fuit etiam alias decre-
tum, quod si Episcopus post erectionem Seminarij
beneficia simplicia vacantia ei non applicauit, sed
suis consanguineis, vel familiaribus contulit, detra-
hat tantum taxæ Seminarij, quantum illa redderent,
& id de sua mensa Episcopali assignet Seminario
quoad vixerit, vel alia beneficia vacantia, saltem eius-
dem valoris, & ad eius collationem spectantia, eius-
dem Seminario uniuerit, Zerola d. verb. Seminarium
§. 3. vt in sequen. declaratio. S. Congregationis da-
ta Vicario Aquilegen. Episcopus, qui ante diem 11. Iu-
lii 1567. re ipsa Seminarium non erexit, quoadcumque
illud erigere constituerit, ab ipsa reali erectione, nihil
eius nomine, nisi dimidiam decimam redactam ad anti-
quam taxam exigat: & si quid amplius exegerit, vel re-
stituat, vel cum eo compenset, quod in posterum post i-
psam erectionem ad eam rationem exigendum erit, nisi
tamen clare appareat totum illud, quod amplius exa-
ctum erit, iam vere fuisse conuersum in preparamenta
necessaria, cuiusmodi operam Seminarij. Anti-
qua autem taxa in hoc domino Veneto est intelligenda,
quæ antea in usu fuit, antequam alia nouissima in usu
fuerit, ibi. Quicumque vero Episcopus ante diem
illum 11. Iunii re ipsa Seminarium crexerit, & ser-
uata forma Consilij Trident. certam taxam stabilierit,
eamque à maiori parte taxatorum rationem summa
exigere inceperit, seu illi sponte, aut ex conventionem, aut
motu executionis facta, vel faciendâ soluerint, dummodo
sit Episcopus in hac quasi possessione sic exigendi,
eaque taxa in usum Seminarij versa sit, & quotidie
vertatur, in exactione huiusmodi perseueret, & omnes,
qui detrauerint soluere dictam summam, & taxam
stabilitam, possit rigore, & iuri remedii compelle-
re. Si aliqua tamen beneficia simplicia post erectionem
Seminarij vacassent in sua diocesi, quæ non appli-
casset Seminario, sed familiaribus suis, vel con-
sanguineis contulisset, detrahat taxæ Seminarij tan-
tam summam, quantum redditus illorum beneficio-
rum caput, & tantundem de sua mensa Episcopali
assignet Seminario quoad vixerit, vel donec alia benefi-
cia vacantia, saltem eiusdem valoris, & ad eius colla-
tionem spectantia eidem Seminario uniuerit, & eorum
fructus cum effectu applicauerit. Si vero beneficia ali-
qua Seminario vnisset, & nihil propterea taxa iam
stabilita detraxisset, cogatur omnino tantum inde detra-
here, quantum est redditus illorum beneficiorum vnito-
rum Seminario præscripto. Sanctissimus tamen D. N.
Clemens VIII. die 7. Octobris 1562. facultatem
fecit, vt Episcopus in taxa faciendâ pro Seminaris
posset, seruata tamen forma tradita in d. cap. 19.
onerare beneficia nedum in dimidia decima, habi-
to respectu ad antiquam taxam, iuxta Pij V. decre-
tum verum & in maiori summa, prout beneficiorum,
& locorum habito respectu, iustum & æquum visum
fuerit.

108 Causæ autem, ex quibus t. ab ordinariis debet fieri
vnio, ad duas reducuntur, scilicet ad euidentem ne-

cessitatem, vel utilitatem. d. cap. exposuisti, de præben.
vbi Dd. Oldrad. conf. 261. & seq. Rebus. d. tit. de vnio.
nu. 38. & in d. repet. §. qui vero. 3. notab. versic. 2. possent
querere, Duaren. sup. Mandos. d. tit. de vnio. & in regul.
22. quest. 4. n. 4. Lancellos. in insit. Cano. d. tit. de vnio.
§. 3. Hojeda d. 2. part. cap. 3. n. 8. Aşor 2. par. lib. 6. c. 28.
9. 4. & 13.

Et plures adducuntur causæ à Caccialupo art. 5. & 109
à Petr. de Perus. de vnio. cap. 3. & de renouatione vnio.
cap. 1. & aliquas ponit Fuscus d. lib. 2. c. 26. & P. Greg.
de benef. cap. 20. n. 14.

Vnde vnio magis t. concernit iustitiam, quam gra-
110 tiam, abb. d. cap. sicut vnire n. 6. & practibilia Rotæ
sup. n. 3. & cum causa, præsertim necessitatis, tenetur
Episcopus vnionem facere, & si recusaret, posset adi-
ri superior, vt per Rebus. d. tit. de vnio. n. 42. cum Cac-
cialupo art. 5. & Petr. de Perusio cap. 3. & 10. In quo
tamen cap. 10. nihil dicit, voluit allegare c. 113. quest.
(vbi tamen potius dicit contrarium: nam ait, quod
dictum cap. exposuisti, dicit, quod Episcopus potest
id discretionem præuocare, & sic videtur relinqui arbitrio
Episcopis, verbum enim, potest, importat voluntatem,
& non necessitatem, &c.) & per Mandos. regul.
12. 9. 6. n. 4.

Et similiter si capitulum t. nollet consentire, recur-
111 rendum est ad superiorem, Bonifac. in d. Clem. si vnio.
numero 20. & posset compelli, si iusta causa sube-
ret, Caccialupo art. 6. num. 2. in terminis tamen Con-
cilij d. tit. cap. 15. §. 24. de reform. super illis verbis: Li-
ceat Episcopis, sic ceteris fuit S. Congregatio. Ergo potest,
sed non tenetur: unde metropolitanus non potest supplere
in hoc.

Et vnio facta per ordinarium sine causa, vel ex fal-
113 sa causa, etiam seruata iuris forma, est nulla ipso iure,
ex d. cap. exposuisti. vbi Abb. & Imola, Oldrad. d. con-
sil. 261. & seq. Caccialupo art. 5. Mandos. d. regul. 12.
quest. 6. n. 3. & de signaturâ gratiæ, d. tit. de vnio. versic. si-
ne causa vero, Duare. d. c. 6. Hojeda d. cap. 3. à num. 16.
Bursat. consil. 185. n. 13. lib. 2. qui ait, quod vnio benefi-
ciorum, vt valeat, manifesta Ecclesiæ utilitas, necessi-
tasque requiritur, causæ cognitio, ac omnium, quorum
interest, citatio: & Rota dec. 133. numero 3. p. 2. diuer-
sor.

Quicquid in vnione facta ex falsa causa dicat Rota
114 dec. 1. de excessib. prælatorum in nouis, c. 28. & 12. de rebus
Ecclesiæ, in antiquis, c. 2. eodem in antiquior. Aegid. dec.
617. seu 618. ad fin. Castado. dec. 1. de vnio. Boerius dec.
345. n. 1. Millis in repet. verb. vnio facta ex falsa causa,
Rebus. in præci. in d. regul. de vnio. gloss. 5. & 9. & in d.
rep. §. qui vero d. versic. 2. possent. Ferret. conf. 236. n. 4.
Mascard. de probat. conclus. 1419. Petr. Gregor. d. c. 20.
n. 33. & practibilia Rotæ, supra n. 2. & Aşor d. cap.
28. quest. 14.

Et etiam vnio t. Apostolica facta ex falsa causa, est
115 nulla, Aegidius. Castador. & Millis, vbi proxime, Fe-
lin. in cap. postulatisti, numero 3. de rescrip. Rebus. d.
gloss. 5. & 9. Mascard. & practibilia Rotæ numero 6.
sup.

Etiam si t. facta sit motu proprio, iuxta dicta sup. n.
116 part. cap. 5. num. 502. & sequenti Cardin. consil. 96. So-
cin. Senior. consil. 1. num. 7. vol. 3. Felin. in cap. ad aures,
de rescrip. num. 9. versic. & pulchre, & in cap. causam
de testib. num. 3. Scaphil. de iur. gratiæ tit. de vi & ef-
fectu clausular. De Clausula motu proprio, versic. 7. &
ultimo, num. 5. Selua 3. parte quest. 12. num. 3. Mandos. re-
gul. 22. quest. 2. n. 3. practibilia Rotæ d. numero 6. &
Gambarus d. lib. 5. rubric. 1. de potestate legati in vni-
endo à n. 94. idem dicens in vnione facta à legato, quia
in eius

in eius literis surreptio vitiat, sicut in literis Papæ. Quamvis contrarium in vnione Apostolica facta motu proprio teneant Millis, & Mascardus *supra* & absolute Rota; Boerius, & Ferretus *sup.* citati *numer.* 114.

Et etiam surreptio vitiat ipso iure vnionem Apostolicam, Abb. *consil.* 101. *part.* 1. Felin. in *d. c. postulat.* 1. 3. Ripa *lib. 2. respon. cap.* 10. Rebut. *d. glof.* 5. & *consil.* 195. *versic.* 10. surreptio, & Mandos. *d. i. de vnio. ver. p. penultim.* & *fin.* concilium Tridentin. *sess.* 7. *cap.* 6. & *sess.* 25. *cap.* 9. *versic.* *insuper*, de reform. Rota in vna Volaterrana vnionis 3. Ianuarij 1594. coram D. Bianchetto, in qua fuit resolutum, quod vnio est surreptitia facta monasterio ad supplicationem prioris in conuentus, si tamen constat, quod ibi quandoque vnus monachus; quandoque vnus presbyter proseruit Ecclesie debebat. Est etiam surreptio non facta mentione qualitatum beneficiorum annexorum, vt quia sunt curata. Rota in antiq. *decis.* 37. & 75. de rescriptis, & etiam non narrata distantia loci, que vel retraxisset Papam a concedendo, vel saltem difficultatem reddidisset, & etiam non narrato, quod Ecclesia monasterij, cui sit vnio, sit vnita alteri monasterio, &c.

119 Rota etiam in vna Auellina vnionis 13. Ianuarij 1594. coram D. Penna, in qua fuit resolutum, vnionem monasterij factam a Leone X. surreptionis vicio laborare, primo ex omissione specificationis 50. & amplius monasteriorum, que veniebant in vnione, de quibus non fuit facta mentio. Secundo, ex eo quod aliquot monasteria dicebantur esse de inreparationis laicorum ad Conar. *pract.* *cap.* 36. n. 1. Rebut. in *praxi tit. de vnio. n.* 28. Tertio ex tacta qualitate Abbatis monasterij vnus, quem si Papa intellexisset habere mitra, & baculi pastoralis, vsu, & solemniter populo benedicere, & iurisdictionis cognoscendi inter vasallos causas matrimoniales participem fuisse, non est dubium, quin vel negasset, vel difficultius vnionem concessisset, *cap.* super literis, & *cap.* postulat. de rescriptis, &c.

110 Nec presumuntur tamen causæ vnionis veræ; etiam si ordinarius, vel legatus eos inferat in vnione, & asserat esse veras, sed iurans se vnione tenetur illas probare, Oldrad. *d. consil.* 261. Caputaquen. *decis.* 350. *numero* 30. *part.* 3. & practica Rota *supra* *numero* 6. Quamvis Rebut. in *praxi tit. de vnionis renouatione*, *numero* 10. videatur velle, credendum esse Episcopo, vel alteri facienti mentionem de causa vnionis, si exprimitur, & facit doctrina Decij in *cap. que Ecclesiast.* *numero* 130. *de constitut.* & in *cap. cum sit Romana*, *numero* 7. de appellat. quod assertioni iudicis non statim super causa, sine qua actum facere non potest, Aymon de *antiquit. temporis*, 2. *part.* 1. *numero* 13. & 21. Alciat. de *presumption. reg.* 3. *presump.* 9. *numero* 27.

121 Si vero ordinarius, tamen legatus in ipsa vnione enuntiet adhibuisse causæ cognitionem, & solemnitates requisitas, & reperisse causas esse veras, videtur standum eius assertioni, & presumendum esse pro vnione, donec contrarium probetur, etiam si processerit parte non vocata, quia forte nullus tunc aderat qui deberet vocari. Cefar de Graffis *decis.* 132. n. 16. vbi inter alia dicitur in casu illius decisionis constare de consilio quatuor Deputatorum requisito ex forma Concilij Trident. *sess.* 23. *cap.* 18. in vnione per Episcopum faciendi seminario ex ipsa enuntiatione, de qua in vnione, &c.

122 Quamvis practica Rota *sup.* *nu.* 6. *versic.* *adde*, quod si instrumenta, cum Calderino *consil.* 4. de rebus Ecclesie dicat quod si in instrumento vnionis dicatur

per ordinarium habito, prius speciali tractatu, & consilio cum multis canonicis, & cum autoritate, & consensu canonicorum, & præpositi, &c. ista verba non probant tractatum præcedentem.

At nostræ sententiæ ratio est, quod licet alias regulariter non presumantur solemnitas extrinsecæ, etiam enuntiata in instrumento, quæ tempore actus verisimiliter interuenire non potuit, l. *que cumque* §. *fin.* ff. de publican. Felin. in *cap. sicut*, de re iudicat. *num.* 26. & 27. Anton. Gomez. 2. *tom. variarum. cap.* 11. *numero* 17. Mascard. de *probat. conclus.* 1321. ex *numero* 1. Menoch. de *presumpt. libro* 3. *presump.* 132. & *num.* 28. & 33. *decis.* Pedemontani Cacherani 172. Cefar de Graffis *d. decis.* 132. *numero* 15. & 17. Parte tamen opponente, Felin. *diff. cap. sicut*, *num.* 28. Aymon de *antiquitate temporis*, 1. *part.* *sección* *queritur* *num.* 30. Anton. Gomez. & Menoch. *num.* 35. ibi Mascardus *d. conclus.* 1321. n. 19. & 946. *num.* 5. & 1412. *numero* 8.

Tamen pro decreto, vel actu iudicis, in quo enuntiantur solemnitates, presumitur quod omnia sint solemniter acta, nisi contra probetur, l. *ab ea parte*, 2. *respon. ff. de probat. cap. in presentia*, de renuntiatis. l. 1. in *fine principij*, ff. de rebus eorum, l. *est præses*, C. de prædictis minorum, Speculator *tit. de empt. & venditio. §.* nunc demum restat *numero* 5. Alexan. Iason, & alij in l. *sciendum*, ff. de verb. obligat. Baldus, & Paulus, *num.* 2. in l. *cum hi*, §. *si prætor*, ff. de transactio. Faber in §. *fin.* *num.* 3. de fideiussor. Felin. in *cap. quoniam contra*, *numero* 37. *conclus.* 7. & Decius a *numero* 187. de *probat.* idem Felin. in *cap. Albericus*, de testib. sub *numero* 40. Alciat. *d. reg.* 3. *presumptio*. 10. Aymon *supra* 2. *part.* §. 1. a *numero* 14. Angel. Gabr. de *sententiis conclus.* 5. in *princ.* & *numero* 37. & 38. Mascard. *concl.* 487. & 489. & *d. conclus.* 1321. *numero* 21. & Menoch. de *presumptio. libro* 2. *presumpt.* 75. a *numero* 12. dicens magis receptum, & plures per eum relati, & per Simoncell. de *decretis libro* 3. *tit.* 7. *num.* 41. Achilles *decis.* 199. alias 2. de *decretis*, Puteus *decis.* 410. *libro* 2. & Rota *decis.* 589. ex *numero* 3. *part.* 1. & *decis.* 72. *numero* 34. & 36. & *decis.* 179. *num.* 4. & *decis.* 193. & 316. *num.* 7. *part.* 2. *diuers.*

Quod tamen intelligitur tamen quando causæ, & solemnitates requisitæ nominatim, & in specie exprimentur, secus in genere, Faber. & Felin. *sup.* Parisius *consil.* 12. *numero* 58. *libro* 2. & *consil.* 85. *numero* 39. *libro* 3. Anton. Gabriel *d. num.* 38. & Achilles *supra* Rota *d. decis.* 72. & Menoch. *vbi proxime* *numero* 22. dicens communem, & veram opinionem, & alij, vt per Alciat. *supra* *numero* 2. & in terminis vnionis. Oldrad. *d. consil.* 262. *num.* 4. & practica Rota, *supra* *numero* 6. in *fin.*

Sed tamen quod presumatur etiam pro decreto, etiam si in genere exprimentur solemnitates, dicendo in communis causa cognita, vel iuris solemnitate seruata, tenent Baldus, & Paulus *supra*, & Aymon *nn.* 9. & 14. dicens communem, & alij per eum relati, & per Simoncellum *supra* n. 42. & quod tamen decreto præsumatur causæ cognitio, & solemnitates requisitæ, absolute ait Surdus de *alimen. tit.* 8. *præiudic.* 56. n. 113. & *segg.*

Et omissa concordia Alciati *d. presump.* 10. *numero* 5. quod prima procedit in decreto requirente diligentem, & magnam causæ cognitionem, secunda vero in requirente leuem causæ cognitionem, quam sequitur Ang. Gabriel *supra* *numero* 42. & 43. & Mascard. *d. conclus.* 487. a *numero* 6. qui eandem distinctionem videtur facere in assertionem notarij

ibi numero 23. & est probabilis.

130 Possunt concordari, & ut prima procedat, quando solemnitates enuntiantur à Tabellione, seu notario in instrumento decreti, & ita loquuntur Faber, Felin. & alij, eo quod alias notarius videretur scripsisse, ut iudex, & non ut testis. Secunda vero procedat, quando enuntiatio solemnitas in genere fit ab ipso iudice, tunc enim cessat dicta ratio, Faber *sup.* Et ita distinguit Decius *sup. nu. 183.* dicens, quod distinguí potest quod instrumentum nomine iudicis concipitur, & satis est, quod generaliter dicat, fecus est, si nomine notarij, ut colligitur ex decis. Ioan. Fabri. in d. §. si. & sequitur Aymon. *sup. nu. 10.* in actu, in quo præiudicatur tertio, vel in quo partes sibi præiudicare non possunt, quia tunc magis præsumeretur pro actu iudicis quam notarij.

131 Et quod tamen ait Menoch. *supra n. 46.* citans alios, quod quando decretum fuit interpositum à iudice, sed solus notarius iudice ipso non mandante, asseruit adhibitas esse solemnitates, antequam decretum interponeretur, non præsumitur pro ipso decreto, siue de leuibus, siue de grauioribus causis agatur, procedit quãdo notarius separatim id assereret, & non in ipso instrumento decreti concepto nomine notarij, & in eius persona, maxime si est subscriptum, aut sigillatum à iudice: nam tunc, etiamsi enuntiatio solemnitas fieret in genere, sufficeret propter approbationem iudicis.

132 Et ita tenendum est, quamuis contra dictam doctrinam, quod non stetur assertioni etiam iudicis seu prælati, qui non potest facere actus sine cognitione causæ, & solemnitate, si dicat se adhibuisse causæ cognitionem, & debitas solemnitates, etiam in specie, sed debere alias de eo apparere ex separata scriptura, teneant Romanus in d. *sciendum*, numero 36. & Paulus *confi. 38.* quem sequuntur Rebus. in concordatis, rubrica de *Con. Lateranen. concilij 23.* & 4. illatione, & alij relati per Simoncellum d. *tract. de decretis lib. 1. tit. 1. numero 101.* & per Menoch. *supra numero 16.* & Rota *decis. 716. & 752. numero 3. par. 1. & decis. 160. part. 2. diuers.* quam opinionem in puncto iuris dicit veriozem Alciatus *dici. præsumpt. 10. numero 3. & 4.* Sed iura per eum allegata eam non probant, ut recte ostendit Menoch. *supra numer. 16. & 17.*

133 Et de iure tamen etiam dicit certissimam Simoncellus d. *lib. 3. tit. 7. n. 42.* quamuis ex consuetudine dicat præsumi pro decreto, in quo enuntiantur solemnitates, etiam in genere.

134 Nec obstat tamen regula *l. si forte. ff. de castren. pecul.* quia non procedit in iudice, pro quo iura præsumunt stante enuntiatione solemnitas, iuxta dicta, & Dd. citatos.

135 Sed est difficultas, tamen si iudex delegatus, seu executor, cui iuxta *regul. Cancellaria 21.* seu 22. de *vnio.* committitur, ut si vocatis vocandis receperit causas esse veras, vnionem faciat, &c. referendo adhibuisse causæ cognitionem, & causas reperisse veras, procedat ad vnionem, præsumatur pro illo, & ei fides in iudicio contradictorio adhibeatur super veritate causarum.

136 In qua difficultate tamen respondetur negative, AEgidius, *decis. 377. & 617.* & practica bilia Rotæ *sup. num. 6.* non obstante *sup.* dicta doctrina præsumi pro decreto iudicis, in quo enuntiantur solemnitates, quia id non procedit in executore, & iudice delegato, pro cuius decreto non ita præsumitur, AEgid. *ibi.* Angel. Gabriel d. *concl. 5. de senten. n. 44.* ubi regulam, quod

præsumatur pro decreto iudicis, limitat, ut procedat in iudice ordinario generali, si cuius in iudice speciali ad certum actum deputato, Puteus *dec. 144. n. 4. l. 2. Rota d. dec. 193. n. 4.*

Difficultatem tamen facit, quod delegatus cui Papa committit, ut se diligenter informet de utilitate Ecclesiæ, & si repererit in euidentem utilitatem Ecclesiæ cedere alienationem, confirmet, seu licentiam alienandi concedat, satis est adhibeat cognitionem extrajudicialē absque citatione, & p. eo, & eius sententia præsumitur absque processu, maxime si assereretur adhibuisse cognitionem, seu se informasse, &c. Abb. *consil. 41. part. 1.* quod consilium sequitur, & commendat Decius *consil. 34. numero 12. Capic. decisio. 16. numero 4. Puteus decis. 432. lib. 2.* & Rota in vna Ragusina emphyteusis vigesimo Iunii 1578. coram D. Lanceloto, quæ habetur *1. part. diuers. dec. 479.* & in vna Anconitana terrarum de anno 1577. coram D. Seraphino, & in vna Romana deuolutionis 20. Maij 1580. coram D. Lanceloto, quæ habetur d. *1. part. diuers. dec. 636. numer. 1. & 4.* & in vna Auerfana tenimenti 15. Februar. & 5. Martij 1582. quæ habetur d. *1. part. dec. 716. num. 4.* & in vna Auximana bonorum 13. Maij 1585. coram Dom. Seraphino, & 15. Nouemb. eiusdem anni coram D. Robustorio, & in vna Gadicen. census 23. Ianuarij 1595. coram Dom. Seraphino.

In qua fuit tamen resolutum, *Censum constitutum à cap. 13. Gadicen. pro extinguendis prioribus censibus ad maiorem rationem creatis, & sumptis à personis particularibus, quorum redditus per plures annos capitulum recognoscendo bonam fidem, quod pro ipsius cap. necessitatibus dicti particulares se obligauerint soluti, fuisse utilem, & validum, non obstante, quod non constet de verificatione causæ, tamen quod fuerint creati pro necessitatibus capituli, quia cum hoc fisis fuerint capitulares, & negotium fuerit confectum cum autoritate ordinarij Gadicen. b. b. t. ad hoc autoritate à sede Apostolica, vniue præsumitur pro ipsius decreto, & hoc pacto recognitio bona fidei facta per capitulum fuit approbata per ordinarium in constitutione huius noui census, &c.* Et fuit dictum *sup. 6. par. n. 248.*

Respondetur hoc procedere, tamen quando Papa simpliciter committit alicui, ut se informet, &c. tunc enim circa informationem statum eius assertioni, & pro eius decreto præsumitur absque processu, Rota d. *dec. 716. n. 4. & dec. 160. n. 8. par. 2.* & Prosper de Augustino in *append. ad summam bullarij verb. alienatio sub n. 12. pag. 498.*

Quod non solum tamen videtur procedere ubi non est clausula, vocatis vocandis, & nullus est contradictor, Puteus d. *decis. 144. nu. 1. & 2.* sed etiam ubi est clausula *vocatis vocandis*, nullus tamen est contradictor, nec qui debeat vocari ex quo etiam tunc proceditur extrajudicialiter, Rota d. *dec. 636.* & in d. Anconitana terrarum ubi, ut *ut in deci.* dicitur, commissio cantabat vocatis vocandis, quamuis contradicac

AEgidius d. *decis. 617.*

At supradicta resolutio tamen procedit ubi committitur cum clausula *vocatis vocandis*, quæ facit executores mixtum, Felin. in *cap. exhibita numero 4. de indic. & in cap. de cate. o. numero 10. de re iudicat. cum aliis*, & est interesse habens qui debet vocari, seu alias est contradictor, tunc enim debet fieri processus, & requiritur receptio testium, & probationum super veritate narratorum, de quo processu debet doceri, AEgidius d. *decis. 617.* & Puteus d. *dec. 144. numero 4.*

¹⁴¹ Si tamen apparet *¶* de processu, seu actis super vnione, & receptione testium, & probationum, siue parte vocata siue etiam non vocata, quia nullus erat qui deberet vocari, stabitur illis, donec contra probetur, si postea res deducitur in litigium, quia forte rector, vel successor dicit causam non fuisse veram, & ita colligitur ex *d. decis. Rotæ* 716. *ad fin.* Et alias efficit durum cogere habentem vnionem ad iterum probandum causas, cum rite, & recte eas probauerit tempore vnionis.

¹⁴² Facit *¶* doctrina Alexan. *consil.* 79. nu. 18. lib. 1. Iason *consil.* 54. n. 3. lib. 1. Cornei 181. col. 12. lib. 2. Couar. lib. 2. *variaturum* cap. 17. nu. 2. quod ubi in alienatione rerum Ecclesiæ seruata fuit forma, & iuris solemnitas, in dubio presumitur facta ex causa iusta, & dicit in proposito Hojeda *d. cap.* 3. n. 19. *versic. vel aliter, & secundo.*

¹⁴³ Quamuis contrarium in hoc, quando fuit processum parte non vocata, etiam si sit in possessione qui obtinuit vnionem, teneant Aegid. *d. decis.* 617. & practica lib. Rotæ *supra* n. 6.

¹⁴⁴ Et iuxta predicta est facciendum, quod ait Cardin. in *Clem. 1. de elect. quæst.* 9. n. 10. quod possit dici, quod sufficit, quod de vnione constet, debet enim presumi omnia fuisse solemniter agitata, secundum ea, quæ notantur in *d. cap. sicut, de re iudicat. & in d. l. sciendum.*

S. 2.

Quæ forma & solemnitas requiratur in vnione.

SUMMARIA.

Vltra causam cognitionem in vnione faciendam per Episcopum requiritur consensus cap. n. 145. quamuis non requiratur tractatus. n. 146. qui consensus potest intervenire, etiam post vnionem, n. 147. de quo relati, num. 148. quamuis contrarium teneat Bursatus cum relatis, n. 149.

In vnione faciendam per legatum non requiritur consensus capituli n. 150. nec in faciendam per Papam, seu ex eius commissione, nec clausula vocatis quorum interesse, id importat, n. 151.

Vbi extat consuetudo in contrarium, videtur vnio posse fieri per Episcopum absque cap. num. 152. licet gloss. in Clem. si vna, & alij citati teneant, non valere consuetudinem contrariam, n. 153. & respondetur verbis dictæ Clem. n. 154. debet tamen esse consuetudo immemorialis, aut quadragenaria cum tit. nu. 155. nisi sit in consuetudine generali, quæ esset consuetudo propria, & non præscriptio, tunc enim sufficeret solus tempus 40. annorum, quæ consuetudo in his regnis esse videtur, n. 156.

An hodie possit Episcopus vnire beneficia sine consensu cap. ex Concilio sess. 21. cap. 5. ubi datur Episcopis facultas vnionis, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegatis, n. 157. resoluitur negative, ex illis verbis, iuxta formam iuris, contra Nauar. & Zerolam ex S. Congregatione, cuius declaratio adducitur, & n. 160. adducitur resolutio Rotæ, ultra quod illud decretum procedit solum in vnionibus beneficiorum cum curatis, & c. n. 161. at ubi extat consuetudo in contrarium, non videtur consensus cap. necessarius, etiam in terminis d. decreti, n. 162.

Ita demum vnio est nulla ex defectu consensus cap. si hoc

2. Tom.

dicat capitulum, in cuius fauore fuit introducta ista solemnitas, alias non, exemplo alienationis rei ecclesiæ, quæ est nulla, si placet ecclesiæ, & c. secundum Rotam in vna Segouien. n. 163, sed non placet, nam consensus cap. in vnione non tam fuit introductus in eius fauorem, quam pro forma, & solemnitate, & c. n. 164. & adducitur resolutio Rotæ, n. 165. & sic vnio facta sine consensu cap. erit nulla, etiam cap. nõ disente, nec allegante, & ista nullitas poterit opponi à quocunque, cuius interest, n. 166. & de alienatione rei ecclesiæ est diuersa ratio, quia eius nullitas est in fauorem ipsius ecclesiæ, & c. n. 167.

Cum quis non possit autorizare in facto proprio, non valet vnio facta ab Episcopo ipsi cap. d. Clem. si vna. §. si quæ est iuris antiqui declaratiua, contra Oldra. & ideo requiritur auctoritas Papæ, n. 168.

Dicta Clem. procedit quando vnio fit cap. principaliter, & directe: secus vero quando in consequentiam, & indirecte est in utilitatem cap. num. 160. secus etiam ubi vnio fieret alicui dignitati, vel præbende cap. imo etiam omnibus præbendis distinctis, non simul, sed separatim, & distincte unicuique alicuius beneficii: & sic intelligitur decretum Concilij cap. 15. sess. 24. 1. par. tit. singulis præbendis singula beneficia vniantur, non omnibus simul indistincte, vnum aut plura, secundum Hier. Gabriel numero 170. quæ videtur nimis restrictio ad dict. decretum, in cuius terminis verius videtur posse ex eo fieri vnionem omnibus præbendis, seu distributionibus simul, ut videtur sentire S. Congreg. cuius declaratio adducitur, quamuis non possit fieri cap. seu mense capitulari, numero 171.

Dicta Clementina non procedit in suppressione, & extinctione alicuius dignitatis, vel præbende, quæ ex causa potest facere Episcopus cum consensu cap. nisi bona Episcopi & cap. sint communia, n. 172. sed contrarium tenent alij, si id caderet in utilitatem cap. quia fructus ei applicantur, seu eius mense etiam diuise, n. 173. tamen si vellent applicare vni præbende, vel etiam singulis possent, secundum Imolam, quæ sequitur Decius contra Felinum, cuius rationi, respondet, n. 174. sequitur etiam Hier. Gabr. ita intelligens secundam partem d. decreti Concilij, n. 175. sed in terminis ipsius decreti verius videtur posse ex eo applicari fructus præbendarum suppressarum reliquarum distributionibus simul, & in communi, & indistincte, n. 176.

Consensus cap. non presumitur nisi expresse probetur, & asserenti incumbit onus eum probandi, vel nisi alias de eo appareat, n. 177.

An ex diuturnitate temporis præsumatur interuenisse consensus cap. etiam in vnione, non enuntiatus, videbatur præsumi, si lapsum esset tempus longissimum 30. annorum, ex traditis per Felinum. & alios citatos, aut etiam concurrente possessione, & obseruantia vnionis cum scientia, & patientia aduersarij, si lapsum esset longum tempus 10. annorum, ex traditis per Agmon. & alios citatos, & c. n. 179. sed resoluitur, ita demum ex diuturnitate temporis præsumi consensum cap. in vnione non enuntiatum, seu solemnitatem alias in actu requisitam, si lapsum sit tempus 30. annorum, cum possessione, & obseruantia vnionis, seu actus per illud tempus, alias non, n. 179. & seqq. ubi adducuntur resolutiones Rotæ, & reprobat doctrina Flores circa hoc, n. 186.

An in exemplatione instrumenti præsumatur solemnitas extrinseca ex antiquitate temporis, remissive, num. 187.

KK 3